



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

B.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

illas cognoscere, sub pœna excommunicationis; & quicquid secùs attentari contigerit, irritum est, atque inane. Et per aliud Cisterciensibus in Lusitania concessum per Bullam à Clem. VIII, & habetur in Libro Privilegiorum ejus Congregationis, Nostri sub excommunicatione ipso facto interdicitur appellare, nisi à Prælati Ordinariis ad Generalem Præpositum, & ab hoc ad Congreg. Generalem: à qua, non nisi in casu injuriæ, ad solam Sedem Apostolicam appellare licet.



## BENEDICERE.

§. I.

*Præpositi & Rectores possunt benedicere Ecclesias, & in usum Societatis tantum.*



Er facultatem Minorum de Observantia, possunt omnes Præpositi ac Rectores Cœmeteria, & Ecclesias, & Oratoria Societatis, pro ejusdem Societatis usu tantum, solemnibus benedictione benedicere. Concessit LEO X. per Bullam, datam 3. Febr. 1514. Incipit: *Religionis honestas*: 6. in Bull. Regularium.

*Hac*

no  
ser

be  
fac  
na  
Ju  
sti

2.  
nis  
os  
ba  
Bu  
Ac  
lar  
Vi

Ac  
di  
Po  
Cl  
Il  
ra  
re  
X  
Ca  
pi

*Hac facultate uti possunt omnes prædicti, non tamen publicè, nec nisi Ordinarii abessent, aut id gravatè facerent.*

## §. 2.

*Generalis potest sacrare & benedicere corporalia, &c.*

Potest Præpositus Generalis sacrare, & benedicere Corporalia, vestes, & ea, quæ sacris usibus necessaria sunt, seu opportuna, pro ipso Ordine tantùm. Concessit Julius II. Generali Eremitarum S. Augustini per Bullam 7. Kal. Julii 1507. & est 2. hujus Pontificis in Bullario hujus Ordinis. Sed sinè illa limitatione, ad proprios usus concessum est ab Eugenio IV. Abbati Monasterii S. Spiritus de Sulmona, per Bullam, dat. 5. Kal. Nov. anno 4. Incipit. *Ad decorem*: est 18. in Bullario Regularium, in n. 18. & ab Innocentio VIII. Vicariis, & Visitatoribus Congregationis Augustinianorum. Habetur in Bull. Ordinis ejusdem, & est Constitutio 3. hujus Pontificis. Eandè facultatè, quò ad ea, quæ Chrismate non inligent, concessit Paulus III. Prioribus Carthusianorum per Litteras, conservatas in eorum Monasterio Ebo- rensi: & à Nostri inspectæ sunt. & Greg. XIII. Prælati SS. Trinitatis Redempt. Captiv. Bullâ, datâ 7. Octobris 1575. Incipit: *Exposcit*: & est 31. in Bull. comm.

## §. 3.

## §. 3.

*Etiam Præpositi & Rectores possunt.*

Per facultatem INNOCENTII VIII. vivæ vocis oraculo concessam Abbatibus ac Prioribus, principale regimen habentibus, Congregationis S. Justinæ de Padua, quæ habetur in privilegiis impressis, fol. 123. possunt Præpositi Domorum ac Rectores benedicere corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta Ecclesiæ, & ad cultum divinum pertinentia, & tam suæ Ecclesiæ, quàm etiam undecumque delata, & tam à Nostris quàm ab aliis deferantur. Huic vivæ vocis oraculo adstipulantur concessionem Bullares, allatæ §. proximè superiori.

Videnda tamen Decreta Sac: Congr: Rituum 18. August. 1629. & 13. Mart. 1632. apud Barbosam in Collect. Bullar. V. Abbas, quibus prædictæ facultates imminutæ sunt.

*Hæc facultas cum præcedenti conceditur omnibus in ea comprehensis, & aliis Superioribus, quibus Provinciales communicandam duxerint. Quo ad benedictionem tamen ad externorum usum, non nisi necessitas urgeat, & Prælati dissent, & sine illorum offensione.*

Vide verbo *Ecclesia*. §. 1. & 2.

BENE-



# BENEFACTO- RES.

Vide verbo *Generalis*. §. 7.



# BONA SOCIE- TATIS.

§. 1.

*Generalis potest admittere Ecclesi-  
as, &c. oblatas.*



otest Præpositus Generalis  
Domos, Ecclesias & Colle-  
gia, à quovis constructa, seu  
testamento mandata, vel quo-  
vis modo oblata, cum omnibus ad id ne-  
cessariis, & opportunis, ac locum pro hu-  
jusmodi constructione Nobis oblatum re-  
cipere. PAULUS. III. pag. 13. & seq.

§. 2.

*Domus, &c. auctoritate Apostolicâ  
censentur erecta.*

Domus, Ecclesiæ, Collegia, Cellæ,  
& Oratoria ubilibet per Nostros constru-  
cta, vel Nobis donata, eo ipso auctoritate  
Apostolicâ erecta, confirmatâque sunt ac  
censenti-

consentur. PAULUS III. pag. 13. & satis etiam PIUS IV. pag. 25. Pariter quæcumque bona, nisi ad prædictæ Sedis collationem pertineant, pro Collegiorum dote, seu Scholarium ibi commorantium sustentatione donata, relicta, & legata, eo ipso prædictâ auctoritate perpetuò applicata, & appropriata sunt ac consentur. PAULUS III. dictâ pag. 13.

*Solius Congregationis generalis, & Generalis Præpositi est, acceptare Domos & Collegia; ac bona etiam, quæ obligationem aliquam adjunctam, vel conditionem gravantem habent.*

§. 3.

*Facultas admittendi Domos & Ecclesias, etiam Parochiales, &c.*

Absque alia Sedis Apostolicæ concessione possumus apprehendere, & capere loca quæcumque, Domos, Ecclesias, etiam Parochiales, & cujuscumque Ordinis sint aut conditionis, Societati & ejus personis per quoscumque oblata. Concessit JULIUS II. Congregationi Sancti Salvatoris per litteras sub plumbo, anno M. D. XII. IV. Nonas Aprilis, ut in manuscriptis, pag. 19. Consulendæ Bullæ suprâ citatæ. V. Ædificia. §. 3.

*Ecclesias, etiam Parochiales, accipiendi facultas conceditur, quoad ædificia tantum,*

*non quoad redditus, & curam animarum, & servatâ limitatione precedentis §.*

§. 4.

*Facultas admitendi loca secularia, regularia, &c.*

Potest Præpositus Generalis, per se vel per alium seu alios, quæcumque loca secularia vel regularia, nec non Ecclesias, Eremitoria & Monasteria, cujusvis Ordinis, etiamsi forent strictioris Observantiæ (in quibus tamen ea non teneretur) cum earum Bonis omnibus, mobilibus & immobilibus, liberè recipere; si piâ largitione fidelium illa sibi donari contigerit, aut ad id eisdem Ecclesiis, Eremitoriis, & Monasteriis præsidentes, sive in illis degentes personæ, seu eorum major pars, aut illi quorum interest, consentiant. Ipsaque, etiamsi aliis Ecclesiis, Monasteriis, seu locis sint unita, in Collegia seu Domos erigere atque fundare, & ad Societatis Institutum & observantiam reducere, omnemque alium Ordinem in eis suppressere. Hæc concessio fuit per Bullam Martini V. quæ reperitur in libro Privilegiorum s. Joannis Evangelistæ fol. 53. pag. 1. quæ Cong. in Lusitania floret, & ibi prædictus liber habetur.

§. 5.

Occu-

*Occupantes nostra, post triduum ex-  
communicantur.*

Quicumque ausus fuerit occupare res  
quascumque, etiam si sit pecunia, quæ ad  
personas Societatis, seu Domos aut Col-  
legia pertinent, nisi, à Nostris monitus,  
per tridui spatium omnia integre restitu-  
erit, excommunicationis sententiam in-  
curret, à qua absolvi, nisi à Sede Apосто-  
lica, & in mortis articulo, non potest.  
Concessum est Eremitis S. Augustini  
Julio II. per Bullam, datam 24. Septem-  
bris 1508. Incipit: *Nihil est, quod sapius*: &  
est 22. in Bull. Regul. & Leone X. per  
Bullam, datam 6. Maji. 1514. Habetur  
in Bullario hujus Ordinis.

*Monendi quidem facultas omnibus Supe-  
rioribus, per se vel alios exercenda, communi-  
catur; non tamen curetur, ut sic moniti, de-  
clarentur excommunicati, inconsulto Preposi-  
to Generali.*

§. 6.

*Facultas accipiendi bona feudalia  
Emphyteutica.*

Bona feudalia Societati donari possunt.  
Cælestinus V. suæ Congr. per Bullam, datam  
5. Kal. Oct. anno 1. Incipit. *Etsi cunctos*  
*Ordines.* est in Bull. comm. in n. 37. Per  
concessionem autem LEONIS X. factam  
Societati Charitatis de Urbe per Bullam,  
dat. 5.

da  
qu  
in  
ta  
da  
be  
&  
pe  
In  
la  
ph  
ti  
dò  
se  
ter  
do  
si  
no  
ra  
pe  
on  
ter  
co  
Al  
i.  
est  
nès  
em  
bus



dat. 5. Kal. Febr. 1520. Incipit: *Ilius*,  
*qui Caritas est*: quæ est 37. in Bull. Com.  
 in n. 6. & Sixti V. pro Archiconfraterni-  
 tate Confalonis B. V. de Urbe, per Bullam,  
 datam Kal. April. 1586. Incipit: *Cum*  
*benigna*: est 27. in Bull. comm. in n. 8.  
 & PII IV. pro Confraternitate S. Rochi  
 per Bullam, datam 18. Octob. 1560.  
 Incipit: *Regimini*: est 16. in eodem Bul-  
 lario in num. 18. Bona feudalia, & em-  
 phyteutica, etiam Ecclesiastica, Societa-  
 ti nostræ donari possunt, seu relinqui, mo-  
 dò ad ea onera teneatur, ad quæ donator  
 seu testator occasione hujusmodi bonorum  
 tenebatur, & quæcumque alia, quæ ipse  
 donator seu testator etiam imposuerit: &  
 si ad certum numerum generationum aut  
 nominationum, eadem bona concessa fue-  
 rant, Societas nostra non perpetuò, sed  
 per viginti annos, pro qualibet generati-  
 one, seu nominatione, hujusmodi bona  
 tenere poterit. Per privilegium autem  
 concessum Congregationi S. Georgii in  
 Alga habetur per Bullam Nicolai V. dat.  
 1. Aug. 1451. Incipit: *Licet Investituras*:  
 est in Privilegiis hujus Ordinis.

*Facultas recipiendi bona feudalia erit pe-  
 nens Præpositum Generalem, recipiendi verò  
 emphyteutica absque conditionibus gravanti-  
 bus communicatur Provincialibus.*

## §. 7.

*Facultas secum transferendi, & ædificia vendendi, præter Ecclesias.*

Possunt Nostri, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ædificia, seu omnem ædificiorum materiam, locorum, quæ dimittunt (dedicatis Ecclesiis dumtaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta, secum ad alia loca transferre: ac ædificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca pertinentibus (præter Ecclesias) vendere, ipsorum pretium in aliorum locorum, ad quæ Nostri se transferunt, ædificationem, seu aliàs in eorum utilitatem convertere. Concessum Minoribus à Clem. IV. per Bullam, dat. 12. Kal. Aug. 1265. Incipit. *Virtute conspicuos.* & est in Bull. comm. in n. 27. & à Sixto V. per Bullam, datam pridie Kal. Sept. 1474: Incipit: *Regimini universalis:* & est 14. in Bull. Regul. in n. 35. & ab Alex. IV. per Bullam, dat. 12. Kal. Nov. anno 1. Incipit: *Ex parte vestra:* est 7. in Bull. Regul. & à Gregor. XI. pro Dominicanis, litteris insertis Bullæ Sixti IV. dat. 10. Maji 1476. Incipiunt: *Regimini universalis:* 33. in eodem Bull. in n. 33.

## §. 8.

Per concessionem Eugenii IV. Ordini  
S. Hieronimi

S. Hieronymi in Hispania factam 12. Kal. Oct. 1437. Quaecumque Bona mobilia, seu immobilia, quæ occasione Nostrorum ad aliquam nostram Domum, vel Collegium quomodolibet pervenerunt, vel pervenire potuerunt, illis ad aliam Religionem transeuntibus, in prioribus domiciliis, unde transeunt, remanere debent. Habetur in Comp. Privileg. dicti Ordinis, Romæ excuso. 1551.

Vide verbo *Titulus*, & verbo *Privilegia*. §. 9. & verbo *Simonia*. Et quoad validitatem renuntiationis, & obligationis bonorum, quam Nostri more Societatis facere solent, vide verbo *Concilium*. §. 2.



## BULLA COENÆ

### §. I.

*Bulla Coenæ in Collegio unum publicè habeatur exemplar.*



Tsi à Pio V. injunctum fuerit, ut omnes Confessarii transumptum Bullæ Coenæ, per eum decretæ, apud se haberent, Nostri tamen ejusdem Pontificis concessione ab hoc fuerunt exempti: declaravitque, satis fore, si in singulis Collegiis,

vel Domibus, unicum haberetur, quod in eo loco affigeretur, in quo omnes Confessarii legere illud possent. Habetur in vivæ vocis orac. M. S. fol. 42. in fine, & sequentibus. Hæc concessio facta fuit, petente S. Francisco Borgia, & munita subscriptione Cardinalis Alexandrini.

## §. 2.

*Per Bullam Cœna Nostra facultates non revocantur.*

Quòd nullæ Societatis facultates censeantur revocatæ per Bullam Cœnæ, quæ in futurum emanabit, concessit, Gregor. XIII. die 18. Martii 1584. V. V. O. prout in Vivæ Vocis Oraculis M. S. pag. 133. Idem, sed cum limitatione temporis sui Pontificatûs, declarârunt Pius V. 28. Jan. 1570. in V. V. O. M. S. p. 107. Clemens VIII. 15. Aprilis 1599. ibid. in Autographo Card. Bellarmini, id attestantis. & PAULUS V. 14. Dec. 1606. ibid. 153.

*Sed videndum Decretum Urbani VIII. 17. Nov. 1628. oppositum statuentis. Legitur apud Barbosam de Potest. Episc. Part. 3. Alleg. 50. n. 238.*

BUL-

BULLA CRUCIATÆ.

Vide verbo *Absolutio*. §. 15.

CALIX.

An Nostri Laici possint tangere calices  
vide verbo *Sacra*. §. 1.

CANONICA  
PORTIO.

Vide verbo *Exemptio*. §. 4.

CASUS RESER-  
VATI.

A quibus reservatis Nostri possint absol-  
vere, seu absolvi, vide verbo *Absolutio*.



CAUSA.

*In Nostris causis summarie proce-  
dendum.*



Er privilegium Abbati, &  
Conventui Monasterii San-  
Pauli extra muros Urbis, Or-  
dinis S. Benedicti concessum,  
quamdiu in Regulari observantia perman-  
serimus, in omnibus Nostris causis, cum  
qui-